Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

conspersa in sacrificium / incen-
taliolum aureum appendens x. si-
clos / plenum incenso / bouem
de armento / et arietem / et
agnum hamulum in holocaustum /
hircum pro / et in sacrificio pa-
cificorum / boues duos / arietes
quinque / hircos quinque / agnos
hamulos quinque / hec fuit ob-
lacio abiezar filij amisaddai /
Die vndecimo princeps filiorum
aser / phegiel / filius ochran /
obtulit acetabulum argenteum
appendens c. xxx. siclos / fialam
argenteam habentem lxx. siclos /
ad pondus sanctuarij / vtrumque ple-
num simila / conspersa oleo in sa-
crificium / incentaliolum aureum ap-
pendens x. siclos plenum incenso /
bouem de armento / et arietem /
agnum hamulum in holocaustum /
hircum pro / et in hostias pa-
cificorum / boues duos / et aric-
tes quinque / hircos quinque / agnos
hamulos quinque / hec fuit
oblacio phegiel filij ochran /
Die duodecimo / princeps filiorum
nephtalim / Ahira filius enan /
obtulit acetabulum argenteum
appendens c. xxx. siclos / fialam
argenteam habentem lxx. siclos /
ad pondus sanctuarij / vtrumque ple-
num simila conspersa oleo in sa-
crificium / incentaliolum aureum
appendens x. siclos / plenum in
incenso / bouem de armento et a-
rietem / et agnum hamulum in
holocaustum / hircum pro / et in
hostias pacificorum / boues du-
os / arietes quinque / hircos v.
agnos hamulos quinque / hec
fuit oblacio ahira filij enan /
hec in dedicatione altaris ob-
lata fuit / a principibus israhel

in die qua consecratum est / ac-
tabula argentea xij / phiale
argentee xij / incentaliola xij au-
rea / ita vt centum xxx argen-
te siclos habeat vnum acetabulum /
et lxx siclos / vna fiala / idest
in omne vasorum omne ex argen-
to siclis / duo milia quingenti pon-
dere sanctuarij / incentaliola aurea
xij plena in incenso / denos siclos
appendentia pondere sanctuarij / id
est / auri siclis c. xx boues de
armento in holocaustum xij arie-
tes xij agni hamuli xij / et
libamenta eorum / hircum xij pro
hostia pacificorum boues xxiv /
arietes lx / hircos lx / agni ham-
uli lx / hec oblata sunt in de-
dicatione altaris / cundo vnctum
est / Cumque ingrederetur moyses
tabernaculum federis vt consuleret
oraculum / audiebat vocem loq-
uentis ad se de propitiatorio / quod
erat super archam testimonij
inter duos cherubim / Vnde et
loquebatur ei / Capitulum viij

Locutus est dominus ad moy-
sen dicens / Loquere
ad aaron / et dices ad eum / Cum
posueris vij lucernas candela-
brorum in australi parte erigantur /
hoc igitur precepit / vt lucerne
ex ea parte boreali erigione resp-
ciant ad mensam panum proposicionis /
Contra ea vero / quia candela-
brum respicit lucerna debebunt /
stantque aaron / et imponent
lucernas / super candelabrum / vt
precepit dominus moysi / hec aut
erat fabrica candelabri / Ex
auro ductili / tam medius stipes /
quam cuncta ex vtroque calamorum /
latere nascebantur / Iuxta ex-
emplum quod ostendit dominus moysi